Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 133

, 316.

Cod. CXXXIII.

A 6.15.

Chartac: Fol: Secc: 13.

1.

Tractatus de sacramentis, 4thor Novisſ: 1a–141a

Tractatus theologico-scholasticus de sacramentis, et aliis cum eisdem nexum habentibus. Initium est: "Status hominis duplex est". Videtur totum ex opere fusiori ad privatum usum compilatum; posteriores adducuntur etiam testes S. Thomas Aquin: et Scotus.

2.

Nicol: Dinckelspühel Tract: de dilectione dei & proximi. 143a–168b

Nicolai Dinckelspühelii Tractatus de dilectione dei, et proximi. Incipit: "Scribitur Math: 22 Quod cum quidam legis doctor". Idem opus extat in Cod: XCVI. n: 2. ubi vide.

3.

Eusdem Tract: de tribus partibus poenitent: 168b–194b

Eusdem Tractatus de tribus partibus poenitentiae. Incipit: "Ecce nunc acceptabile tempus etc. Duo sunt tempora hominis". De hoc opusculo agit Kropff: in Bibl: Mell: p: 171. Vide codic: XXXIX. n: 5.

4.

Henrici de Hassia Secreta Sacerdotum p. 204a–208a

Henrici de Hassia Sacerdotum secreta circa Missam. Titulus est: "Secreta Sacerdotum Magistri Heinrici de Kassia quesibi placent, et displicent in missa. Incipit: "Sacerdotes plures circa officium misse aliter

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 133

, 317.

" procederent si aliter didicissent! Diver,
„sum est hoc initium ab illo quod in medio
adfert Fabric: Bibl: m: & i: lat: T. 3. p: 217.
De authore vide Cod: XLIX. n: 2.

5.

Sermones VI in Epistolas. " Sermones sex in Epistolas. Primus incipit:
208b – 214b " " Fratres Scientes quia hora est etc. hei let,
" " tio scribitur ad Ro. 13°. Ultimus est mu,
" tilus.


6

Guilielmi Parisiens: Dialogi de Sacramentis. " Guilielmi Parisiensis Dialogus de Sacramen,
216a – 269b " tis. Prologus incipit: " Quoniam me sepius ro,
„gasti petre! Et dialogus Petrum inter et
Gilonem: vel ut alii Codd: mss: Gitonem,
de iis, quae circa sacramenta paroicho sunt
scitu necessaria. Extat inter opera Guiliel,
„mi Arvemi Parisiensis Episcopi ad 1228 mor,
„tui, cui a nonnullis perperam adscriptum est.

Guilielmus Parisiensis seu de Parisiis
Ord: Predicat: Philippi pulchri Regis Francia
Confessarius floruit circa annum 1300. Vi,
„de Quetif Script: Ord: Praed: T. 1. p: 518.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 133

, 318.



7

Tractatus de arte moriendi. || 270a–279b

Tractatus de arte moriendi. Incipit: "Cum de presentis exilii miseria." Opus quidem satis notum, sed incerti authoris. Differt ab editionibus quas Bibliotheca nostra possidet. Vide Antiquitat. Bibl. Seitenstet. p. 1662. Weislinger in Armament. p. 241 dicit Jacobum Fusignan Ord. Prædic. conscripsisse librum de arte moriendi, an nostrum? nescio; cæterum de hoc Fusignano nulla apud eruditos occurrit mentio.

Jac. Fusignan.

Cod. CXXXIV.

Chartac. Fol. Sec. 15.

A 6.16.

Initials

1

Petri Lombardi Lib. III et IV Sententiarum. || 2a–84a

Petri Lombardi Liber III, et IV Sententiarum quorum primus incipit: "Hic enim ordo rationis postulat"; huic sequitur elenchus capitum utriusque libri, quam excipit prologus in librum quartum sub hoc initio: "Si quis vestrum indiget sapientia." Illud notatu dignum præfationem Petri Comestoris (a) in suam historiasticam hic præfigi libro tertio Sententiarum, inepte satis, cum librarius Petrum Comestorem confuderit cum Petro Lombardo. Cæterum multæ lineis interjectæ sunt notationes.

(a) Vide Cod. CXXXII

Gius li... sent. v... 88a

Joan... Oman... super... decre... 215b

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 133

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27472

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)